



In diesem Bande fehlen die Schriften Nr 39-41.

21. Sep. 1955. Luchier.

Nr. Bo. 2.

הארם אשר נשמרה בSAFE

15  
15

S I V E  
D E

HO MINE  
IN CVIVS NASO EST SPIRITVS

AD ESA. II. 22  
INTERPRETVM MAXIME RECENTIORVM  
SENTENTIAS CVM VERA COLLATAS  
INTER IPSA SOLEMNIA ONOMASTICA  
*MAGNO MAGNAE BRITANNIAE REGI*

GEORGIO I

DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO  
IN ATHENAEO REGIO BREMENSI SACRA  
P R A E S I D E

M. MEINHARDO PLESKEN

REGII HVIVS ATHENAEI SCHOLAEQVE CA  
THEDRALIS SVB RECTORE  
PVBLICAE DISQVISITIONI SVEMITTIT

A V C T O R

IOHANNES KOBBE  
OFFENVVARDIA OSTERSTADENSIS  
D. XXIV. APRILIS 15 CC XXII  
FINITIS IN AEDE CATHEDRALI SACRIS  
IN AVDITORIO MAIORI

---

B R E M A E  
EX OFFICINA HERMANNI BRAVERI  
REIPVBL. TYPOGRAPHI.



VIRO  
*PERILLVSTRI GENEROSISSIMO*  
*ATQVE EXCELLENTISSIMO*  
DOMINO  
IOHANNI FRIDERICO  
DE STAFFHORST

AVGVSTO MAGNAE BRITANNIAE REGI  
ET PRINCIPI ELECTORI BRVNSVICO  
LVNEBVRGICO

A SANCTIORIBVS CONSILIIS  
DVCATVVM BREM. ET VERD

NEC NON

COMITATVS DELMENHORST  
PRAESIDI SPLENDIDISSIMO  
HAEREDITARIO IN HOYA ET HARMENBOSTEL  
DOMINO IN LINDACH ETC

DOMINO SVO GRATIOSISSIMO

VIRO  
PERILLVSTRI GENEROSISSIMO  
ATQVE EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
ALBERTO ANDREAE  
De RAMDOHR  
AVGVSTO MAGNAE BRITANNIAE REGI  
ET PRINCIPI ELECTORI BRUNSVICO  
LVNEBVRGICO  
A SANCTIORIBVS CAMERAE CONSILII  
ILLVSTRIS REGIMINIS IN DVCATIBVS  
BREM, ET VERD  
ANTISTITI GRAVISSIMO  
HAEREDITARIO IN DRVBBER ETC

DOMINO SVO GRATIOSISSIMO

**VIRO  
MAGNIFICO SVMMEQUE  
REVERENDO**  
**DOMINO  
LVCAE BACMEI  
STERO**  
**THEOLOGO CONSUMMA  
TISSIMO**  
**SENATVS ECCLESIASTICI REGII QVI  
STADAE EST CONSILIARIO**  
**ET SAGRORVM DVCATVS BREM. ET VERD.**  
**SUPERINTENDENTI GENERALI**

**MAECENATI SVO MAXIMO**

CIVILVM SACRARVMQUE PATRIAE RERVM  
CONSERVATORIBVS  
SINGVLIS MVSARVM CASTRA SEQVENTIBVS PROPITIIS  
NVLLIOVE IPSORVM ADYTVM DEVOTA RELIGIONE  
PETENTI ADITVM PRECLVDENTIBVS  
MAECENATIBVS  
CVNCTIS PORTVM BONAE SPEI INTRATVRIS  
IN ANCORAM FIRMISSIMAM POSITIS  
AQVAM OFFERT ET MOLA SALSA LITAT  
CVI PRETIOSA THVRIS GRANA DESVNT  
STATVAS ERIGIT CHARTACEAS  
QVI COLVMNAS RVPIBVS EXCIDERE NON POTEST  
DVM HANC DISSERTATIONEM  
CVI LVMEN DEEST NISI A SPLENDORE  
ILLVSTRISSIMORVM ET MAGNIFICI NOMINVM  
IPSORUM  
EI ACCEDAT  
SACRAM IIS ESSE CVPIT  
SIMVLQVE VOTIVAS SALVTIS EXOPTATISSIMAE  
TABVLAS PVBLICE SVSPENDIT  
ET NE INFAVSTO ILLVD ALITE FIAT  
NEC ALTER ICARVS ALIS PAPYRACEIS TEMERARIO  
CONATV AEREOS VOLATVS TENTARE AVDENS  
IISDEM VICINIORI SOLIS ARDORE IN FVMVM  
ABACTIS  
LAPSV EO GRAVIORE RVAT  
HVMILLIME PRECATVR  
TOTVS DEVOTISSIMVS  
IOHANNES KOBBE

## Sonnet.

Swendet oft der Mensch in curieuxen Sachen  
So manche edle Stund pur ganz vergeblich  
an,

Ja freuet sich wohl gar in seinem tollen Wahn,  
Meint, daß die halbe Welt nichts möge also machen.  
Wer wil nicht diese Spreu statt süßen Korns ver-  
lachen?

Ergreissen, womit man ganz recht bestehen kan,  
Und dienen seinem Gott auf diesem Erden Plan.  
Wie setzt ein Adler sich auf einen schlechten Nachen.  
So kan das Bibel-Buch die beste Ausflucht geben  
O wohl, wer diesen Schatz gebraucht in seinem  
Leben!

Herr ROBBE sucht und forscht in diesen tieffen  
Gründen,

Gewiß zu Gottes Ehr und mancher Seelen Heyl,  
Er läuft wie Pegasus, Ihm steht alles feil,  
Was wird auf dem Parnas Er schöne Schäze fin-  
den!

Diese geringe Zeilen/ als den Zoll guter Freunde-  
schaft/ erfüllte sich an des Herrn Respon-  
denden Disputation anzuhängen/ und alles  
Vergnügen anzuwünschen

G. B. Corbach, Phil. Stud.

**A** Vdis Palladiae cultor non segnis oliuae,  
Linguarum decoris Te tener vrit amor :  
Iam KOBEE paras Tibi nomina nescia mortis  
Docto dum calamo mystica verba putas.  
Sacrorum, en! cordi est, meditari oracula vatum,  
Quies venturi aeti praescius ardor inest;  
Vatibus ex sacris anceps aenigma resoluis,  
Atque θεωρητικη nomina Sacra refers.  
Gratulor assiduos ter felicesque labores,  
Incepitis veniat mollior aura Tuis:  
Perge Tibi titulos, nomen, laudesque parare,  
Et Tua quotidie gloria maior erit.

Accipias quaeſo dextra ~~requiesceret~~ alma,  
ad quod tradendum feruidus virget amor

Christ. Henr. Lüdeken  
Phil. Stud.

---

**S**Alue Thespiadum decus immortale  
fororum,  
Salue Pierii gloria firma chori.  
Non Te demulcent vulgaria verba  
virorum,  
Sed tingi curas fonte perennis aquae.  
Non

Non KOBEE Tibi satis est voluisse li-  
bellos,

Sed cultum docto pectore condis  
opus.

Vtilis adspiret primo fortuna labori,  
Adspiret velis aura secunda Tuis  
Pectoribus me nulla Tuis vnquam  
eximat aetas,

Simque illibandi pignus amoris ego.  
Sic adsint Musae faciles, nomenque de-  
cusque  
Perpetuum a memori posteritate  
feras.

Accipe dilectum Musis opus, accipe-  
care,

Quod Tibi depositum reddit amica  
manus

Herm. Matth. Polemann,  
Phil. Stud.



*De homine in cuius naso est spiritus.*

## PROOEMIVM.

**D**ividum iam est, quod in Dubia scripturae S. vexata,, locum, quem dissertationis huius rubrum indicat, retulit Theologus, audito statim nomine Augustus, Pfeifferus. Illorum autem numero tametsi eundem decisione sua, expensis aliorum sententiis superaddita, rursus eximere, haud infeliciter, si quid ego iudico , idem vir celeberrimus tentauerit; post ipsum tamen non desuerunt alii, qui variis suis vel obiectonibus circa sententiam, a Pfeiffero, una cum Nostratium plerisque assertam, motis, vel interpretationibus oraculi illius Esaiani nouis, denovo dubiorum vexatorum in classem isthac deuoluiss<sup>e</sup> viderentur. Quod si quis, vt recentissimorum saltim Interpretum mentione hic iniciam, ad exeges<sup>e</sup>s Kortumii, Vtringae, Papenii, Sibersmae, Stierii, aliorum, de quibus singulis suo nos loco dicemus, modo attenderit, vera me protulisse, non amplius, opinor, dubitabit. Diu igitur multumque de specimine quod am studiorum, qualiacunque sunt, meorum, publicae luci exponendo cogitans, cum in eligendo aliquo themate mens dubia baereret, nihilque intropiscere forte Stierianam in textum nostrum commentationem liceret; Operae quod esset pretium, me facturum putavi, si varias Interpretum, maxime recentiorum, de hisce Esaiae verbis sententias diligenter, pro eo ac par est, inter se & cum textus ipsius circumstantis conferrem, atque utra alteri praefest, sollicite pro ingenii modulo dispicerem. Nec vero tritum adeo aliorum manibus, si, quae sparsim in Commentariis hic pertinentia leguntur, exceptis, hoc argumentum, etiam qua sententias vetustiorum, posmodum inueni, vt propositi villa duci poenitidine habuerim necesse. Annuat modo coepitis Christus, homo iste, qui est Deus super omnia benedictus in saecula!

### §. I.

**A**B Esaia Propheta profectum illud ,quod titulus commonstrat, dictum suisse , apud omnes in confessio est. Vtrum vero eiusdem oraculi verba accipienda sint vt Prophetae populum dehortantis; an vero ut hominum se mutuo monentium? ambi

bigi forte poterat, & iuxta aetimari, si ex Rabbinis *Kimchium*, (a) cuius verba, prout in *Biblis Buxtorffianis* habentur, *Sixtinus Anama*, (b) at codicum MSS. ope in integrum restituta *Eduardus Pocockius* (c) latine reddiderunt, atque *Abarbanel*, (d) cuius sententiam *Vitrin ga* etiam suppeditat, (e) audiamus. Nobis interim caussae subesse nihil viderur, cur aliud, praeter Prophetam ipsum, *Spiritus S. afflatus numine, subiectum loquens hic adesse statuamus.*

(f). II. Cum autem ad Prophetae huius *caput II.*, in limine dissertationis, textum, cuius explicationem in nos suscepimus, referamus, minime quidem nos fugit, *Vatablum*, (f) *Cilinum* (g) *Iunium & Tremillium*, (h) *Ren. Andr. Kortumium* i) *Iacobum Gussatum*, (k) & vt *Seb. Schmidius* ait, (l) plerosque eundem locum constitutre initium *capitis III.* sequentis. Verum enim, ut *Calouius* iam observauit, (m) factum illud videtur, quo suam hoc pacto interpretationem, mox a nobis itidem examinandam, subsilio quodam fulcirent: quandoquidem ex Ebraicis codicibus & translationibus antiquis, haec verba esse conclusionem secundi, non initium tertii capitatis, manifestum sit. Addo, quod *Iunium & Tremellum* vulgarem capitum dispositionem saepe deserere *Pfeifferus* itidem monendos esse lectores duxerit. (n) Quid? quod illa librorum V. T. in **כְּרָךְ**, seu capita, distinctio, ex multorum sententia saeculo XIII. demum facta, (o) intuitu fundamenti sui, multo antiquior *Ioh. Croio* (p) & *Balib. Stolbergio* (q) iudicibus, haberi possit, quibus verissimum est, autores, siue sacros, siue profanos, quum nouum aliquod argumentum proponerent, id a prioribus distinxisse, aut separasse, vel interuallo, vel nota aliqua, quae occasio vel caussa fue-

(a) *Comment. in b. l. (b) in Anti barbaro Biblico, Franequerae, cl. I. c. LVI. 4. edito, Lib. IV.*, qui liber in priori editione Amst. cl. I. c. XXVIII. 8. non comparet, p. 623. (c) in *Nott. Miscellaneis*, Eiusdem Portae Mosis instar appendicis adhaerentibus *cap. VIII.* p. 322. sq. (d) *ad b. l. (e) Comment. in Iesaiam P. I. p. 87. ed. Leouardiensi, cl. locc XIV. (f) *Critic. SS. T. IV. p. 35.* (g) *Comm. in b. l. (h) in Bibliis maioriibus & minoribus, (i) in noua versione Esiae Germanica, Lips. cl. locc. IX. 4. edita.* (k) *Comment. ling. Ebr. ad voc. כְּרָךְ B. 2 p. 635. a. (l) Comment. ad b. l. (m) Biblii Illustr. T. II. p. 18. 19. (n) *Cit. S. c. I. Seft. I. §. X. p. 8.* (o) *Vidd. Laur. Fabricius de partitionibus codicis Hebrei cap. VII. p. 29. sq.* & *Hottingerus Hist. Eccl. T. III. p. 347. sq.* Sed Bartoloccius Biblioth. mago. Rabb. P. IV. p. 186. sqq. a Mose ipso vel Esdra factam eam finire acriter propugnat. (p) *Obj. ad N. T. c. II. p. 7.* (q) *Exercit. de distinctione, cum primis N.T. Graeci in sayua & versus, Wittenab. cl. Iac LXXXII. hab., §. IV. sq.***

in cuius n<sup>o</sup> est spiritus.

fuerit, alius sic distinguendit totum. Neque tamen diffiteor, Pentateuchum saltim, si *Iudeos* audimus, hic excipiendum fore, quippe quem ita exaratum primo suisse volunt, ut *vnuis versus* videretur. \*

§. III. Sed quando iam, illud, quod rei cardo est, aggressurus, verba Prophetae ipsa considero, relictis omnibus, cum Reginae Aethiopum Dynaste quaestio mihi videtur mouenda: Περὶ τοῦ ὃ ἦργον θέλει τοῦτο; f. quodnam sit subiectum istud, ab Esaiā nomine אֵשֶׁת בְּאַפִּים, הַדָּרְכָה אֲשֶׁר נִשְׁמַת בְּאַפִּים, hominis, in cuius n<sup>o</sup> est spiritus, indigitatum. Sic enim integrum exhortationis admonitoriae, cuius haec phrasis particula est, structuram eo rectius explicabimus. Ita autem ipsam sanctissimum Vates adornauit: אַדְלֵי לְכָם פָּנָהָרִים בְּאַפִּים נִשְׁמַת בְּאַפִּים כִּי בְּתָהָרָה נִשְׁבָּה הַנִּזְבָּדָה Quae Seb. Schmidius latine ita transfert: *Desilite vobis ab homine, in cuius n<sup>o</sup> est spiritus, quantum namque aestimatus ille est?* Cui quidem versioni plures alias, quae in promtu essent, tum orientales, tum occidentales, & ex his recentissimas quoque statim subiungerem, nisi praecipuarum quarundam, quod sufficere crediderim, in ipsa diuersarum textus authentici expositionum collatione mentio fieri commodius mihi videretur.

§. IV. Occurrit in his primum exppositio illorum, qui generatim de homine quoquaque ac nudo locum nostrum interpretantur, ut sensus sit: Frustra est, vos in homine *vlo*, eti potentissimo, confidere, vel ab illo vobis timere, cum mortales sint, & eorum vita pendeat a spiritu, quem pernares efflant, qui, si intercludatur, consumm exstinguuntur; non sunt enim illi, si Dei providentiam, influxum, gratiam ab illis abstrahas, & sibi reliquos seorsim consideres, digni, qui magni fiant & aestimentur. Haec interpretatio praeter alios habet sibi suffragantes ex Iudeis, *Ionathanem*, *Paraphrasam Chaldaeum*, *Dav. Kimchium*, & *Aben Eram*; (r) ex Patribus Christianis, *Theodoretum*; (s) ex Pontificiis, *Salianum*, *Vatibulum*, *Hier. ab Oleastro*, *Em. Saa*; (t) ex Reformatis, *Geneuenses*, *Caluinum*, *Piscatorem*, *Diodatum*, *Iunium*, *Belgas*, *Sixt. ab Amama*, ab aliis (u) iam tum ex-

A 2

cita-

(\*) Conf. Hottinger. *Thesaur. Philol.* p. 29. & 226. & Ven. Wolfius, *Biblioth. Hebr. P. II. L. I. c. I. §. XIV.* p. 42. (r) Et huius verba legas latine apud Sixtin, *Amama*, loc. cit. (s) Indicante Vitringa, ad h. l. (t) Quorum singularum partim nomina, partim verba, sicut Sixt. *Amama* *Antibarb.* Bibl. L. IV. p. 623. ss., & Aug. Pfeifferus, *Dubb. Venatt. Cent. IV. Loc. I. p. 669.* (u) Vidd. Pfeifferus Noster, & Vitringa ll. cc.

citatos, quibus Munsterum, Castalianem, (x) Chamierium (y) Coccium, (z) Horchium, (a) Vitringam (b) addimus; ex Nostratibus ipsis Flacium, (c) Glassium, (d) Prucknerum, (e) & nouissime Papenium, V.C. (f) Denique ex Socinianis eorum antesignanum, (g) &, qui ab huius sectae erroribus immunis non fuit, (h) Magnus ille Grotius. (i) Argumenta, quibus inducti eiusmodi sententiam amplectuntur, non ab antecedentibus tantum, & consequentibus, sed rationibus etiam aliis, nonnulli depromunt. Ad antecedentem quod attinet, Junius & Trenellius quidem, in suis ad locum nostrum Scholii, putant hic adesse dehortationem, ex aduerso respondentem bortationi, quae proposita est, v. 5., vt nempe illi adhortationi de ambulando in luce Iehouah hic opponatur dehortatio a fiducia humana. E contrario Vitringa versum nostrum restringit ad praecedentem v. 17., vbi dixerat Propheta, deprimentem esse altitudinem, & celsitatem hominum, atque huic orationi, nostro in commate, dicit, exhortationem admonitoriam subiicere vatem, qua homines sui & omnium temporum auocet a fiducia ponenda in homine. Nec consequentia alium admittere sensum volunt, siquidem, cap. III. 1. 2. auferendi a Ieruschalaim & Iuda potentes dicantur bellatores, & iudices, qui proinde sint מְלָאֵן in vers. ult. Cap. II., postulante ita particulae יְהוָה nexus caussali in cap. III. v. 1. Addunt Vitringa, & alii, conuenire hanc interpretationem sententiis similibus, per verbum DEI sparsis, praeципue huic ex Ps. CXLVII, 3. 4. sequenti: Ne confidatis principibus; filio hominis qui saluare nequit, exit spiritus eius, revertitur ad terram suam, illo die pereunt splendidae eius cogitationes. Denique eadem pro sententia laudato Vitringae facere & illud videtur, quod LXX. Interpretes hunc totum versiculum in sua versione praetermiserint: Mibi, inquit, probabile sit, offensionis (Gentilium sc.) vi-

(x) Huius utriusque sententias vide, si lubet, in Critic. SS. T. IV. p. 34. 35. (y) Panfrat. Catbol. T. I. L. XIV. C. XI. p. 235. (z) Comment. ad b. Opp. T. II. p. 830. ed Fif. (a) in Biblio mysticis & Propheticiis, Marburgi cl. 15 CCXII. 4. davorum editis, quae Horchio tribui, vel ex Relati. invec. cl. 15 CCXII. p. 724. appetat (b) l.c. (c) Clav. Script. P. I. voc. spiritus, n. LX. p. 2192. edit. len. cl. 15 CLXXXIV. (d) Phil. S. L. V. Tr. II. c. V. p. m. 2035. (e) Vindic. ad b. l. (f) pec. Obs. de homine cuius statu in nasc. eius, quae exitat in Misc. Lips. T. VII. p. 333. sqq. (g) ipsum nempe Socinum, Disp. cum Fr. Puccio de statu primi hominis ante lapsum, Racov. cl. 15. CX. 4. edita, p. 8. Conf. Gerhardus, Disp. Theol. P. II. p. 979. (h) Quod post alios Grotio exprobant B. Diecmannus Disp. de Naturalismo Bodini praef. p. 10. sq., & cel. Wolfius, Disp. de carcere eruditorum museo, §. XVII. p. 30. (i) Noit. ad h. l.

*in cuius nōs est spiritus.*

*vitanda causa neglectum esse, cum videatur iudicare defectionem a potestate  
saeculari, eiusque contemptum.* Neque tamen his omnibus ita secum in-  
vicem de allata textus nostri explicatione conuenit, vt non rursus  
scindantur in partes. Alli enim, vt *Abei Esra, Caluinus, Grotius*, ce-  
teri, de homine quounque non fiducialiter colendo; Alii contra, vt *Pa-  
raphrastes Chaldaeus, Vatablus, Munsterus, reliqui*, de homine non me-  
tuendo dictum hoc exponendum esse contendunt. Rursus alii, vt  
*Kimchius*, vtramque exponendi rationem coniungunt.

§. V. Cum vna ex his tribus sententiis procul dubio facit  
*Iob. d' Espagne*, nouum exinde eliciens porisma, (k) quod prorsus in-  
taetum dimittere peropportuna hac occasione non possum. Putat  
nempe ex oraculo nostro Esaiano falsitatem conuinci persuasionem  
illam, qua vulgo creditur, animam moribundi per os discedere,  
(l) quum h. l. spiritus halitusue hominis, morti semper vicini, *in  
eius naribus esse dicatur, comme tout prest à en aller*, ac si iamiam exitu-  
rus sit. Vnde probabilius esse dicit, quod sicut anima primi ho-  
minis ipsum per nares ingressa sit, *Gen. II, 7.*, ita eadem illac rursus egre-  
diatur. Qua in sententia eius vestigia legit *Iob. Henricus Häner*. (m)  
Nondum tamen satis causae esse, quamobrem alteram illam senten-  
tiam, cui ipsa Scriptura *S. Marc. XV, 37.* (vbi de hominibus mori-  
bundis vox *εντρέειν*, magis ad os, quam nares pertinens, & a *Ra-  
couiensibus* emphaticae per veritatem reddita, usurpatum) fauere vide-  
tur, proscribamus, docet ecclesiae orbique eruditio morte immatu-  
ra in ipso aetatis flore, anno superiori, praereptus *B. Iob. Herm. von Els-  
wich*, (n) egregie obseruans, non debere animam necessario per  
illam egredi viam, per quam ingressa quondam est: nec hodieque  
illam per nares in corpus immitti: neque Scripturam *S. narium no-  
mine semper has solas, sed totam faciem nonnunquam denotare.*

A 3

(k) in libello, cui titulum fecit *Sobboleth*, quod inter reliqua eiusdem  
opuscula, *Gallice, Belgice & Germanice* edita, prostat, *P. II. p. m. 1975. f. 1v*. Hoc offendunt  
loquendi rationes Graecorum, qui labia cum *Αρισταντείο* τὰς γυεῖς τῆς ψυχῆς  
appellant; *Latinorum: Animam intra dentes habere*; *Germanorum: Die Seele  
sigt ihm auf der Zungen*. Addi possent picturas, que paucim descriptae sunt,  
similem animae egestum adumbrantes. Atque inde etiam rationem nonnulli pe-  
tunt, quamobrem morientes olim osculati sunt Romani. Conf. ipse *d' Espagne*  
*loc. cit.*, & *B. ab Elswich loco mox citando.* (m) *Miscellan. Philologico Critic.*  
*Ienae cl. Icc LXXIV propositis, §. XIV.* (n) *In Recensit. de anima controvensis,*  
*Wittenb. cl. Icc XVII. cunig., §. XXXVIII. p. 67. seqq.*

Ceterum conueniet in rem praesentem spero, si apud Iudeos pa-  
sim receptae opinionis hic recorder, sedem animae in naribus esse. (o)  
Adscribam vero simul lepidam in eandem Job, Christoph. Wagenseillii, illu-  
stris meritorum in omnem rem literariam gloria viri, censuram.  
Ergo quid restat, inquit, (p) quam ut cetera quaevis animantia dignitatis  
palmam canibns tribuant? nec enim aliud reperitur, quod magis sagax na-  
sum habeat. Non ipsi homines excipiemur, nisi Catulli consilio malunus ob-  
sequi, quo amico suaserat.

Deos rogabis

Totum ut Te faciant, Fabulle, nasum.

Illud interim aliquatenus in Iudeis tolerandum censem, (q) quod  
haud certiora vitae, in corpore superstitis, indicia, quam ex naso,  
depromi posse asseuerent, etsi fortasse haec ex hypothesi, de anima  
in naso sedem habente, tanquam fonte, promanarent: Vnde etiam  
deriuandum arbitratur, quod Iudeis, si quos homines aedi-  
vm ruina in Sabbatho sepeliat, fodere liceat illa ipsa luce, ad nasum  
vsque postremi, inter eos, qui fuere oppressi, & facere exploratio-  
nem, num quid spiritus superstis, penitus illum liberantes, si ani-  
mam agere deprehendatur.

§. VI. At e diuerticulo redeundum nobis est in viam, in qua  
illi porro se conspicendos praebebunt, qui non de homine *quocunque*,  
sed *certo* potius & singulari, Prophetam nostram in commate sermonem  
instituisse arbitrantur. Hi vero non vnius sunt eiusdemque  
generis. Videas enim, quod mirevis, non inter Iudeos solum, sed  
*Christianos* quoque, qui de *Adamo*, primo homine, verba Eliae acci-  
piunt. Iudeorum mentem R. Moses Hiddarshan, dummodo huius est  
*Commentarius* ille in Genesim, בראשית רבא, Bereschith Rabba, dictus,  
qui vulgo ipsi tribuitur, (r) nobis, Raymundo Martini interprete, (s)  
explanabit. Dixit R. Hoschuiyah, ita vero ille, in hora, qua creauit  
Deus sanctus & benedictus Adam priorem, errauerunt in eo angeli ministerii,  
volueruntque eius faciei dicere: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Zebiob.  
Simi-

(o) Ut docent in Sota cap. IX. Excerpt. Gemar, t. p. 1016. edit.  
& versionis Wagenseillii. (p) not. ad loc. Gemar. cit. (q) ibid.  
p. 1017. (r) Conf. Wolfius, Vir celeberrimus, in Bibliothec. Hebr. P. I.  
n. 1542. p. 812. sq. it. n. 1906. p. 1013. & P. II. L. VIII. n. 652:  
p. 1423. sq. add. Buxtorfius, Biblioth. Rabbini. p. 43. sq. (s) in Pugione fidei  
P. II. dist. I. c. III. §. II. p. 484. sq. coll. P. III. Dist. II. c. I. §. VI. p. 552. sq. edit.  
Carpov.

Simile est autem istud Regi & Comiti ciuidam, qui erant in curribus, homines vero ciuitatis, ad quam scilicet appropinquabant, erant volentes dicere Regi, Domine, & non poterant eum cognoscere, quis esset de duobus. Quidfieri Rex? impulit ipsum, & eiecit de curru, tunc cognoverunt regem: Sie quoque quando Deus creauit Adam primum ad imaginem, & similitudinem suam, errauerunt in ea Angeli, ut dictum est; quid igitur fecit DEVS sanctus & benedictus? Immixit soporem in eum, & cognoverunt omnes, quod ipse erat Adam; hoc est autem quod dictum est Esaiae II, 22. Prohibete vos ab ipso Adam &c. Alio licet sensu, Christianos inter, de Adamo locum hunc exponit Bened. Arias Montanus, (t) quasi velit Prophetam, DEVIM illi spiraculum vitae in nares inspirasse, sanctum illum sublimemque creasse, & excellentia multiplici exornasse, ut lummo apud DEVIM inter creaturas corporeas loco habitus fuerit; Satanam autem cum ita de formasse, ut nullo loco numeroque reputandus sit: Verendum ergo esse animum ab eius admiratione, & ad Christum dirigendum.

§. VII. Nonnullos ex Rabbinis Interpretibus de Prophetā ipso textum nostrum exposuisse, B. Aug. Varenius, (u) & ex eo B. Andr. Dun. Habichborstius, (x) quorum neuter tamen istorum indicavit nomina, me docuerunt. Ea itaque expositio ferme sic fluere: Nolite, o Iudei, offendere, & exagitare Prophetam haec talia denunciantem vobis, ne scilicet dum me offenditis, qui despiciui quidem, sed apud Deum magni aestimatus sum, simul iudex mundi, in cuius manibus est ventilabrum, exasperetur.

§. VIII. Plerique de hominibus illis, qui cum imperio, vel potestate sunt, hic sermonem esse suspicantur. Quot vero in hac sententia sententiarum iterum diuertia! Etenim latē se dixisse autumant alii, (y) si Tyrannos ab Esaia significari, hominesque moneri dicant, ne magis tyrannos, quam DEVIM timeant, vt pote qui sint adeo imbecilli, ut misero narium halitu viscent: alii, vt ex recentissimis

(t) V. Cornel. a Lapide *comm. in b. l.*, *Opp. T. V. p. 70.* & B. Dorscheus *Anais. Isaiæ. p. 24.* (u) *Comment. in Isaiam*, ob cuius nouam nitidioremque editionem, secundum *capitum* potius ac *versiculorum*, quam *materiarum*, ut antea, ordinem adornatum, plurimum omnino debet litterarum orbis Con-Rectori nostro, Prae-excellētissimo Dno. Iacobo Hieronymo Lockner, quem mihi quoque per integrum serie septentium obtigisse Praeceptorem, est, quod in lucis ponam. (x) in *Sectior. Isaiæ locorum illustratione*, *Diss. IV. Loc. LX, §. I.* (y) *Coni. Flacius, Clav. Script. P. I. p. 341.* ad voc. *status*.

tissimis *Ren. Andr. Kortumius*, quondam Ascaniensis, nunc Lebusen sis ad Oderam V.D. Minister, (z) a R. *Salomone Iarchio*, qui rectius *Isaacides* dicitur, hac in re parum discrepans, (a) si reges horumque consiliarios, nec non belli duces, & milites, in quibus singulis fiduciam collocabant Judaei, nostro in loco innui, aliis persuaderent. Sed *Leonem de Castro* si audiamus, צָרָא מְשֻׁמֵּד אֲשֶׁר נִשְׁמַח בְּאָפֹן ipse erit Cæsar, cui non fidere hoc versu iubeantur Iudei, dicentes: Non habemus regem, nisi Cæsarem; quoniam ille, vtpote homo, nullius sit pretii, habeat tamen spiritum in naribus, seu iram, qua Iudeos puniet, & euertet. (b) *Regem Assyrium* ex phrasí indicatum velle *Chaldacum Paraphrastem*, & pleroso *Rabbino*, B. *Dorscheus* coniicet; (c) tametsi verba ipsorum pressius accepta de homine quocunque, id quod supra iam insinuai, tantū loqui videantur. Plane huic contrariam sententiam eligens nouissime *Vitrina*: Si generali huic themati (eo nempe, cui §. IV. commentatorem hunc itidem subscribere dictum est) inuolvatur singulare, inquit, ὅτι ad certum al quem respiciatur hominem, qui præ ceteris obiectum esset fiduciae Iudeorum carnalium: quod a stylo Prophetarum alienum non est: omnino putem, hic designari Reges Ægypti, circa ultima tempora Reipublicae Iudeae, potentissimos, quorum viribus, sapientia, astutia, defensione aduersus Assyrios & Babylonios Iudei præcepuerunt; ut ex consequentibus *Iesaiæ Propheti* capp. XXX. XXXI. luculentter patet. Quae si legantur, ὅτι cum hac pericopa comparentur, vel fallor admodum, vel videbit quisque, illuc alludi. Applaudit huic explicationi, *Vitrinam* κατὰ πόδα, & ubique, in sua obseruatione secutus, *Petr. Sigism. Papenius*. (d)

IX. Post hos omnes nunc nuper quibusdam visum fuit *Anti-Christum* in dicto *Esaiano* describi. Ita namque *Hero S. bersma*, *Symmylla Amstelodamensis*, de genuino eius sensu nos instituit: (e) Dit niet wel in't gemeen op een Mensch, dat deseelve sig verheffende, niet is te agten, *Pf. CXLVI. 3. 4.*, gelyk so onse Profeet ook elders segt, dat hy niet te vrezen is, wyl by seruen sal, en boy sal worden, *Esa. Ll. 12.* Dog wyl van de hoveerde te voren gesproken was, *v. 12.*, so mag men hier wel denken op so een Mensch der sonde, die sig in latere dagenseer verheffen sow,  
verfla

(z) in noua versione & Parapraſti *Esaiae* ad h. l. (a) cuius verba in latinum translata, propinabit Sixt. ab Amanna, loc. alleg. (b) V. Cornel. a Lapide d. l. (c) *Analys. ad h. l.* (d) in *Miscellaneis* Lipſ. T. VII. Obs. CLIX. §. 10. p. 340. sq. (e) in *Verkläringe* over de Profeet *Iesaias*, en ſijn beveigigt uit het *Evangelium*, Amstel. clo 10 cc XXI. 4. euulg., p. 37.

versta den Anti-Christ, 2. Thess. II, 8., die men egter niet te agten hadde, myl syn Adem in syn neus was, en by also sterren soun, ten blyke, dat hy ook en Sondaar was, en dvalen konde, en ook door het sterren verbindert wierde, om syne bose desseinen uit te voeren. So seidt ook David van desen Anti-Christ, dat hy als de Mensch van der aarde geen geveldt meer sal doen of vreeselik syn, Ps. X, 18. Eodem, quo edita haec commentatio fuit, anno eandem ingressus est sententiam I. C. Theoph. Stierius, quem Merlauiae, prope Gieslam, sacro defungi munere ex dedicatione colligo, in Dissertatione cum approbatione Decani in hac Vniversitate, ibidem publici iuris facta, cui frons est: Τὸ μυστήριον τῆς ἀρνίας, seu sensus Spiritus sancti in dicto Esaiano cap. II, 22. ad H. C. Leuslerum Sc. de seruatore Christo locum Propheticum explicantem perscriptus. Is enim mox in principio quaerit: (f) Quid, quaeſo, de oraculo illo Prophetico Ies. II, 22. dicemus? Clariſus & expreſſius villo in veteris instrumenti loco Anti-Christum nobis spectandum proponi existimabimus, quam ibi? minime! Immo ſic Esaiam ſenſiſſe, ac fi etiam in viuſi eſſet, diſturm contendit, quid? mirum ipſi videtur, aliud quippiam in mentem ulli unquam venire potiſſe, quum hunc ſenſum liquido fundat tota ſeries orationis. (g) Nimirum, quibus potiſſimum ſuae ſententiae robor inesse putat, antecedentia ſunt. In his, ait, Prophetam felicissima promiſſi Immanuelis tempora populo Israelitico denunciare, v. 1.-4: eundem porro viueriale Iudeorum conuerſionem (h) exponere, v. 5: hinc demonstrare, quod per lengiſſimi temporis decurſum populus Israeliticus deſerturus, iuſtamque Numinis vindictam experturus ſit, v. 6.-9: Denique ad magnum in persecutores eccleſiae, in pri-mis Anti-Christum, digredi iudicium. II, 21: Atque ſicutandem adhortari Anti-Christi ſeruos (ſiquidem ad hos potius, quam ad Iudeos tunc viuentes particulam διδύτ respicere prorsus ſibi per-ſuafum eſſe ſcribit, (i)) ut ab homine illo elato deſiſtant v. 22. Qui-bus ita enarratis pro ſua hypothefi confirmando addit, verbum γένη, quod non ſolum deſicere & ceſſare, ſed egenum, miſerum & infirmum eſſe pariter ſignificet, idem h. l. eſſe, quod a caduco, vili, imbecilli, pec-catiſque & morti obnoxio deſiſtere homine: (k) vocem διδύτ ho-minem peccati & extreme flagitioum, de quo Paulus 2. Thess. II,

3. sq. pulcre exprimere: (l) per phrasin נִשְׁמָה בַּאֲפִי, quando de homine usurpatur, eius mortalitatem, imbecillitatem atque fragilitatem, vt ex *Pf. CXLVI.* 3. 4. §. CXV 3-8 appareat, designari: (m) particulam יְהוָה non caſſaliter sed aſſertive h. l. sumi, vtidem sit, quod latinorum *sane, utique, immo, quinimmo:* (n) vocem בְּתֵה idoli seu arae idolorum significationem heic omnino obtinere, quae ad totum regnum Anti Christianum nullo negotio applicari posſit. (o) Præterea plus vice simplici ad *B. Iob. Henr. Adai* consensum prouocat, (p) cui Iesaiam *cap. II. v. 12* sqq. potentes & superbos Reges, Principes, Pontifices, aliosque Anti-Christi regno adhaerentes, describere, eorumque iudicium praedicere, quod nondum complectum sit, ne-mo negare posse videtur, qui diligenter, vt par est *Apc. VI. 15. 16.* §. XVII. cum Iesiae verbis contulerit. (q) Adhaeret huic *Sieritanae* dissertationi *epistola* ad istius auctorem perscripta, sed ἀνωνύμος evulgata, in qua eadem de Anti Christo explicatio nonnullis argumentis aliis corroboratur; de quibus mox dicemus.

§. X. Supereft enim, vt istorum quoque interpretandi rationem percipiāmus, qui non de *homine nudo*, sed *Christo θεαρθρῶν* intelligendum esse comma, in quod commentātur, existimant. Neque vero, mirum dictū! inter veteres Rabbinos, si *Menochium & Tirim* consulamus, (r) desunt, huic qui sententiae pollicem premant. Quibus utrum iungi mereat *R. D. Kimchius*, ex sequenti eius ad h. l. commentatorē, ab *Eduardo Poccio* & M. SS. restituta, & in latinum conuersa, (s) esto iudicium: *Hoc etiam versu innititur fides Christianorum, scil. tunc abnegaturos ipſos fidem suam ac dicturum unumquemque socio suo: Definite vobis ab homine isto, quem batenus coluisti; quoniam hominem coluisti; at non DEVIM, sicut putatis, verum anima ipſi in naribus fuit, vt caeteris; Si ita, ob quid ratio illius habebitur.* Ex *Christianis*, certum est, de *Christo* Iesiae verba interpretatos fuisse in venerando Patrum choro *Origenem & Hieronymum*, (t) nec non *Cyrillum Alexandrinum*; (u) in Pontificiae ecclesiæ addictis auctoreis glossæ ordi-

ma-

(l) §. cod. p. 11. sq. (m) §. V. p. 13. (n) §. V. p. 15. (o) §. V. p. 26. (p) §. II. p. 6. & §. IV. p. 12. (q) Vid. eius *Oeconom. Iudicior. Di-vin.* p. I. c. XXVII. §. II. p. 508. coll. P. II. c. LXIII. §. XLIX. p. 500. (r) ap. Polumin b. l. (s) In *Nott. Miscell. ad portam Moysi e. VIII.* p. 323. (t) Quorum testimonia legeſis in Calouii Bibl. illuſtr. ad b. l. Hieronymus hanc perspicuum de *Christo prophetiam* dicit. (u) apud Dorscheum, *Analys. ad b. l.*

nariae interlinearis *Walafridum*, qui postea *Strabus* dici amauit (x) *Nicolaum Lyranum, Carthusianum, Cap. Sanctum, Ioh. Steph. Menochium, Iac. Tirinum, (y) Franc. Forerium, (z) Corn, a Lapide, (a) & quos hic in sententiam eandem allegat, *Marcum Anton. Delrio, ac Luijsum Legonensem;* (b) in *Nostratium* numero, iam *Calouto* enumerante, (c) *plerosque omnes*. Suo hos exemplo anteuiuit ipse *Megalander Lutherus*, quo sum vel solam eius verionem, cum *Commentario* in h. l. conferendam, apposuisse sufficerit: *Sola si nun ab von dem Menschen/ der Odem in der Nase hat/ denn ihr wisset nicht wie hoch er grachter ist.* Hunc deinceps deuso agmine secuti sunt praestantissimi quique nostrorum Interpretum, e quibus, ne quid temere praetermississe videar, *Erb. Snepsum, (d) Ioh. Brentium, (e) Salom. Gesnerum, (f) Ioh. Gerhardum, (g) Ioh. Forsterum, (h) Lucam Osiandrum, (i) Vinarienses, (k) Mich. Waliburum, (l) Aug. Varenium, (m) Abr. Caloutum (n) Aug. Pfefferum, (o) Seb. Schmidium, (p) Ioh. Georg. Dorscheum, q)**

B 2

Andr.

(x) Rationem huius nominum assumptionis ex Christoph. Brunneri *Antiquitat. Fuldenſilvus* p. 61. sq. dedit B. Dieemannus, *Specim. Glossar. Mſt. Latino-Theotici*, p. 17. (y) Horum partim *verba*, partim *nomina* iterum mihi subministrasse facio Sixtinum Amama, *Anti-Barb. Lib. IV.* p. 623. sq. & B. Pfeifferum, *DD. VV. Cent. IV. Loc. I.* p. 670. (z) in *Critic. SS. T.IV.* p. 43. sq. (a) *Opp. T. V.* p. 70. [b] Aliquid igitur humani passus est Dorfheus l.c., dum *Luijfo Legionensi Cornelium a Lapide illorum tribuisse opinionem* scribit, qui cum interprete Chaldaeo de Rege *Affyrio* locum nostrum, ut §. VIII. dicunt est, exponunt. Postquam enim *Luijfi* sententiam recensuifset *Cornelius*, sine intervallo addit: *Chaldaea proijs contrarie ita verit.* [c] loc. alleg. [d] ap. *Dorsch. I. c.* [e] ap. *Pfeifferum, c. h. [f]* Citante *Calouio d. I. p. 19. n. 8.* [g] *Disp. Theolog. P. II.* p. 969. [b] *Comm. ad. b. I.* allegante *Papenio*, in §. IV. obser. cit. *Miscell. Lips. T. VII.* p. 336. [i] *In Biblio ad. b. I.* [k] *Ad b. I.* [l] *Hormon. Bibl.* p. 568. sq. [m] *Comment. in b. I.* [n] *Bibl. Illuſtr. ad b. versi.* [o] *DD. VV. I. c.* [p] *Comment. in b. I.* Nec enim fatis grauem habuisse rationem M. Henr. Kirschgartum, cur in *disp. de partu virginis miraculoſo*, sub celeb. *Danzii praefacio*, Ienae cito locc. hab., c. III. §. LXXXIX. not. c. hunc Schmidii *commentarium*, cura etiā dubium *Theologi βιβλιοντάτες* B. C. H. Sandhagenii editum, alium agnoscere auctorem suspicaretur, luculentis omnino argumentis evincit Fechtius ὁ μακρόψ, praef. ad *Habichtborstianam Selectior. Isaiae locor. illustrationem* p. 3. seq. Quamquam hunc in Etiam *Commentarium* ad eundem cum aliis Schmidiani excellentiae gradum non aſcendere ipſe itidem B. Fechtius I. c., nec non praef. in *Dorschii ad Isaiam analysis* dc. cc. I. b. fateatur. [q] loc. ſaepe cit.

*Andr. Dan. Habichborstium;* (r) indice quasi digito monstrasse, operae pretium fuerit. Sed nec inter eos, qui Reformatorum castra sequuntur, ab hac sententia abludit *Iob. Oecolampadius.* (s) Id proinde Esaias, si isthaec expositio locum habeat, B. Walthero interprete, (t) voluit dicere: *Audiuisis haltenus, vos impii & hostes Messiae, quale fatum vobis sit destinatum, & quanta Regis nostri maiestas existat & potentia: Itaque vos serio cohortor & moneo, ut ab extrema vestra blasphemia, impietate, & ingratitudine, & a libidine ac pruriti opponendi vos Regi Messiae quantocuyus abstineatis: Sin minus, statu irae suae oppido vos dissipabit, atque disperdet. Non enim purus putus homo est, sicut vos opinamini, sed est una & individua cum aeterno & omnipotenti Dei filio persona, in thronum maiestatis diuinae ad dextram aeterni patris exaltata.* Haec Waltherus.

§. XI. Ac fateor sane, hunc genuinum textus nostri sensum mihi videri, non quidem, quod B. Seb. Schmidio, Exegetarum facile principi, imputare haud veretur auctor epistolae, scripto, vt iam monui, *Steriano annexae,* (u) sola auctoritate humana, tametsi & hanc non omnino posthabendam iudicauerim, sed argumentorum, quibus comprobari haec sententia potest, & numero & pondere pugnatur. Depromere haec licet I. ab antecedentibus, cum totius capititis, tum versuum proximorum, quae omnia Christo eiusque temporibus consonare res ipsa haud difficulter ostendit. In iis namque amplitudo regni Messiae, stilo celeb. Wolfi, (x) Hamburgensium ornamenti, hic vtor, per omnes gentes erigendi, graphice delineatur, facto v. 2. illustris vaticinii initio a solemni formula: **בָּרוּ כִּי־הִיא בְּתִרְבַּת הַמֶּלֶךְ His enim verbis initia, & progressum oeconomiae Noui foederis directe in-**

nui  
 (r) In selectior. Isaiae locor. a cap. I. ad XXV. illustratione Dec. I.  
*Loc. 9.* (s) Comment. in b. l. ex quo verba repetunt Varenius & Calouius II.  
 cc. (t) I. c. p. 569. (u) p. 20. Hinc. p. 21. verbis germanicis exclamat:  
*Weg mit dem menschlichen Ansehen!* (v) Diff. de **תְּהִירִת הַמֶּלֶךְ** b. e. diebus posteris, Hamb. cl. lo ccXII. hab., §. XI. Conferri pro illustrandis capititis nostri antecedentibus, praeter interpres ordinarios, merentur B. Ioh. Frischmuthus Diff. de Euangeli Sione egressaro, Ienae sic loc LXIX. propos, & in *Thesauro disputationis.* T. I. inserta, nec non Cramerus, *Heliacus, Iac. Martin. Glafius, Hulius, Crocius, von Maesricht* locis a B. Pfeiffero Anti-Chiliasm. cap. IX. §. 20. p. 396. excitatis. Add. Gussetius, Comm. L.E. ad voc. **בָּרוּ** p. 624. f. q. Ceterum **פְּגָאָס** ex vsu scriptorum sacrorum, tempora Messiae non semper respicere, cum ven. Wolfio, I. c. §. XVIII. & Frischmutho l.c. §. VII. §. nolumus diffiteri, Nobis, quod praesente in arguento respiciat, factis est.

nisi voces omnes, quae a limine capitinis usque ad comma eius 6. leguntur, clamat, ut ex Christianis neminem sciam, qui haec auribus praefracte obturatis, excipere voluerit, si Grotium excipiā - - Nam Iudei ad unum omnes verba haec de Messia interpretantur, & in eo tantum, praeiudicatis opinioribus decepti, a veritate deflectunt, quod, ut supra admonitionē est, regnum illud adhuc imminere, ex significatione φράσεως nostrae, minus recte animo comprehensa, fingunt. In proxime autem praecedentibus v. 19. & 21., coll. v. 10., Propheta, postquam Iudeis vocationi ad regnum Christi reluctantibus, v. 6-10. poenam iudicium scil. Meissiae, in primis rigorosum illud, sive extremum, v. 10. sqq. minatus fuisset, praeixerat fore, ut in fissuras petrarum, & cauernas saxonum a facie formidinis Domini, & a gloria maiestatis eius ingredierentur, cum surrexerit percutere terram. Igitur per hoc אָשֶׁר וְשָׁמָה idem intelligendus, cuius facies tam formidabilis, & iudicium in terra percutienda tam terrible erit. (y) Quod si enim ita locus hic, qui capititis conclusio est, non connectatur, commodam certe cohaerentiam cum praecedentibus non habet. (z) Illum vero, cuius adeo terrible in terra iudicium, Christum esse, nemo qui loca Job, V. 26. Apoc. VI, 15. sqq. & 2. Thess. I, 9., in quibus duobus postremis idem ferme, quod a Iesaiā hic exprimitur, contulerit, in dubium est vocaturus,

§. XII. II. A consequentibus. Nam cum sequentis *capitis III.*, quod nostro commati ultimo *Capitis II.* continuo nexu iungitur, hoc sit initium: בַּיִת חֲנִינָה אֲדֹנָן יְהוָה אֲבֹתָה מֶפְרֵר מִרְיָשְׁלִים וּמִיחֹרָה מַשְׁעָן וּמִשְׁעָנָה Quia ecce ille ipse Dominus Iehouah Zebaoth auferet a Ierusalem & Iuda omnem scipionem & bacillum &c. Hinc recte colligunt Gesnerus (a) & Varenius, (b) v. ult. Cap. II., per illud כִּי, seu nexus causalem, referri ad צָבָאתָה אֲדֹנָן יְהוָה v. 1. Cap. III. q. d. Cessate ab homine illo inaestimabili, Messia, irritando, in cuius naribus est spiraculum, quia idem tanquam DEVS & Dominus exercituum, nisi cessaueritis, auferet flatu irae suae omnia status vestrifirmamenta. (c)

§. XIII. III. A singulis proptermodum oraculi nostri verbis. Et quidem α) ex phras: חֲדֹלָו לְכָם תְּנִזְנִית Verbū enim חֲדֹל proprie idem esse ac cessavit, destitut, defecit, absinuit, omisit, finiuit, unde non tantum cum תְּנִזְנִית, quod per litterarum metathesis, sin

(y) Ut recte infert Calou. abd. I. p. 18. Conf. Varenius p. 46. (z) Quae verba sunt Habichhorstii Illustrat. ab b. l. §. II. (a) ap. Calov. p. 19. b. (b) p. 48. (c) Conf. Habichhorst. l. c. appendic. §. IV.

in loco נָרַא dicitur, atque aevum, sic appellatum, quia in hoc mundo cest, [d] significat; sed cum Graecorum etiam οὐλέων & τελεούν conuenire Auenario visum, [e] vel Concordantiae Ἑλληνικά Lexica nos poterunt edocere. Nec apud Arabes, aut Rabbinos hac sua notione verbum illud destitutur. [f] Ad eius vero constructionem quod attinet, non equidem nunc lis mihi intercedit cum Gusselio, ita hanc in rem praecipientis: [g] Ante nomen regit illud cum ו, ו significat desistere are, cui haerebas vel mente, vel actione, idque vel amice, vel hostiliter: Quantumuis forte B. Calouii verbis [h] quaerere esset integrum: Vbi obsecro desinere ab homine est non pendere ab homine, non collocare in homine fiduciam? Hoc saltim mihi, aeque ac B. Varenio, [i] ex quo cum modo laudatis Calouio & Habichborstio mutuo istud sumere licuerit, dari postulauerimus: Verbum לְרֹא, constructum personaliter, intercedente idiomatico pronominali ו particula ו vel ו, semper dicit absentiam inferioris a superiori irritando, ad vindictam provocando; nunquam a confidendo, vel timendo, vel inferiorem laceundo. Conf. 2. Chron. XXV. 16. ו magis XXXV. 21, hic enim plane parallelismus est. [k.] Nec obstant certe loca Exod. XIV. 12. Iob. VII. 17., cum in illis, bene monente B. Habichborstio, [l] non sit similis vocum positus, nec eadem phrasis.

§. XIV. ו Ex pronomine ו. Ut enim per hoc ipsum imperativus verbī ו reflectitur ad illos refractarios, qui aliquando prae maiestate iudicis reuelati in abdita petrarum ו cavaeras montium se se abscondituri representantur in toto contextu antecedente; Ita obiectum illius abstinentiae reflectendum quoque ad obiectum irritationis antecedentis, ut ita sit idem obiectum rebellionis, & desistentiae a rebellioni. (\*)

§. XV. י. Ex verbis: וְרֹא וְנִ. De particula ו, quam nomen esse a R. וְרֹא, quae formaliter significat segregavit unum ab altero, deriuatum, ac proinde segregationem ab altero, proprie insinuare, Christian. Koerberus obseruat, [m] nihil equidem, quod scopo nostro magnopere conducat, in praefenti habeo dicere: Velut in transcurso tamen indicare mihi fas sit, Edmundum Castellum memoria la-

psum

(d) Ita Auenarius Lexic. ad b. v., ita etiam Gusselius, loc. citand.; Sed Opitio Lex. ad voc. eandem, sic dictum videtur, quia perennet. (e) l.c. (f) Conf. Hottingerus Lexic. Harmon. Heptaglott. p. 112. Buxtorfius Lex. Talm. Rabbin. p. 711. (g) Comm. L. E. advoe. לְרֹא. A. p. 242. (h) p. 19. a. (i) p. 44. (k) Conf in primis Forerius in Critic. SS. T. IV. p. 43. (l) l. c. §. II. (\*) V. Varen. l.c. (m) Lexic. partic. Ebraear. p. 74. sq.

psum fuisse, dum neminem ante se obseruasse putauit, (n) hanc particulam, ex vsu Arabum, etiam Hebraeis motum ad locum aliquando denotare, & per ad, in, versus verti debere: Quod tamen diu ante Fullerus, (o) aliisque monuerunt. At duplex, nisi vehementer fallor, in voce מְאֹרֶן latet argumentum. Occurrit enim initio וְ vti dicitur, הַיְדָה f. demonstrativum, quod recte satis Altingius, (p) cel. Danzius, (q) cl. Christianus Mundenius, (r) aliisque ex pronomine, tertiae personae, nonnulli autem, & in his Ioh. Wilb. de Neue (s) cum Glassio (t) ex particula separata וְ ecce, deriuant. Nam etsi non semper hunc articulum, aequa ac Graecorum ὁ, (u) propterea addi sciām, vt significetur individuum, (x) nec emphasi eius ubique sensibilem esse, (y) lubens admittam: Bene tamen Cocceius (z) illum proprie rem notam indicare, & Pfeifferus (a) ordinarie certum aliquod subiectum notare, nos admonet. A qua quidem propria & ordinaria eius significacione cur hic recedendum nobis sit, mihi nondum licet periudere. Articulus igitur specificans certum hominis in diuiduum reflectitur ad antecedentem contextum, atque adeo illum lebouah, manifestandum aliquando cum maiestate & gloria multa, ex vero inquit, quem saepius in hoc argumeto audire iuuat, Varenius. (b) Accedit, quod Chaldaeus utatur voce אֲמָנָה in statu emphatico posita. Sed nec vox מְאֹרֶן prorsus nobis negligenda venit. Nolo nunc de ipsius deriuatione, vulgo a radice מְאֹרֶן ruit, rubicundus fuit, vel potius ab inde deducto vocabulo אַרְמָתָה sive humo, petita, nec magni nominis Philologis Wagenseilio, (c) Hottingero, (d) Gussatio, (e) Clerico. [f] improbata, immo potius, nec

- (n) In oratione sua ad primam muneris Arabici susceptionem habita, p. 28.  
 (o) Miscell. Sacr. L. I. c. IV. Conf. Ioh. Heinr. Häneri Miscellanea Philologico-Critic. §. XVI. (p) Fund. punctat. ling. S. Sect. VI. §. 104. (Q) Compend. Gramm. Ebr.-Chald. §. 38. p. 85. (r) Diff. pec. de He Demonstratio, Lipf. cl. I. ccVI. hab., §. IV. (s) Disp. de characteribus interrogatoriorum Ling. Hebr. Francof. cl. IccVII. edita, §. 9. (t) Philol. S. L. IV. Tr. I. p. 1146. ed. nouiss. (u) V. B. Mayerus Dissert. Select. Disp. I. tb. V. p. 17. & B. Ioh. Tarnouius Exercit. Biblic. p. 664. seqq. (x) Conf. Tarnouius l. c. p. 372. sq. Aug. Herm. Franckius, Disp. de praefixis Hebraeorum §. X. (y) V. Mundenius, diss. alleg. §. XV. & Glassius l. c. (z) Lasic, Ebr. f. l. (a) DD. VV. l. c. (b) p. 45. Conf. Origenes ap. Caion. l. c. (c) Nort. ad Excerpt. Gen. in Sota, c. I. Excerpt. II. p. 113. (d) Exam. Histor. creationis Qu. LXXXVII. p. 256. (e) Comm. L. E. vob. מְאֹרֶן A. B. C. p. 15. (f) Comm. in Genes. I. 26, licet, מְאֹרֶן, quatenus rutrum esse sonat, advocem מְאֹרֶן sanguis referre malit.

nec immerito, recentiori illi etymo, ab Iobo Ludolfo, (g) Iob. Henr. Maio, [h] Ioh. Heesero, (i) ex Aethiopica lingua deponito, antelata, esse solitus. Nec praecise illam, quam *Försterus* & *Waltherus* ad nostrum locum vrgent, inter שׁם & מָן distinctionem, qua prius vocabulum *hominis* tantum post lapsum *miserabilis* ac *mortalis*, posterius vero *hominis praefantioris* & *integri* esse nomen creditur, meam facere sustineo, cum ipsum שׁם nonnunquam homines etiam *praefantissimos* in sacris litteris indicare, vel ex iis patet, quae post b. Seb. Schmidum (k) & Cel. Iob. Christ. Wicmannsbausen, (l) ante hos tres annos, erudite, vt solet, in medium attingit meritisssim huius Athenaei Rector, Dn. Erdw. Herm. Polemanus, (m) Praeceptor aetatem mihi venerandus. Taceo etiam *Cabalistarum* suavia somnia, nominis מָן litteras numeris cum nomine tetragrammato יהה conuenire, nec non eius tres litteras in אָדָם Adam, יְהִי David, & תְּמִימָן Meffias, eo quod vnius anima in alterum transierit, resoluti posse, contendentium: (n) Utut his positis in proclivi forte eset a nomine מָן ad Christum Θεόν τὸν rationinari. Ego illud saltim, cum de homine quodam singulari Prophetae nostro sermonem esse iam supposui, probe teneri velim, Christum V. etiam T. Prophetis dici אָדָם hominem illum, & quidem מְלֹא חַדְרָה secundum excellentiam, ceu ex 2. Sam. VII, 19. 1. Chron. XVII, 19. facile constat. (o)

§. XVI. 8.) ex פֶּתַח נְשָׂמָה בְּאָפָו אֲשֶׁר Mittto, breuitatis studio, quae de vobulo נְשָׂמָה, cuius radix apud Arabes nobis servata fuit, quibus Nasama coniug. V. est spirauit, spiritum dedit, (p) di-

(g) *Histor. Aethioz.* L. I. c. XV. n. 17. (h) *Diss. SS. Loc.* IV. c. I. §. XV. fqq. p. 268. fqq. nec non in *suplement.* ad *Lexic. Cocceii.* [i] In בְּאָפָו s. *Lexic. Philol. Hebr. Chalda. saec. P. I.* Harderouici cl. 10 CXXVI. 4. edito, quod in accuratissimi Wolfsi catalogo Lexicographorum, *Bibliot. Hebraearum P. II.* L. III. c. III. n. VI. p. 548. fqq. non comparere, est, cur mirer. (k) *Resolut. in Ps. VIII.* [l] Vel potius, qui dissert. *Respondens & Aufker,* nunc dignissimus Facultatis Philosophicae Vitembergensis Adfessor est, *Herm. Sam. Reimarus, V. C., de differentiis voc. Hebr. p. 58. fqq.* (m) *Exercit. VII. de Pleonasmis Script. S. §. 43. fqq.* Ceterum de hac distinctione plura videsis in *Bibliotheca Brem. Class. III. falc.* V. p. 775. fqq. *Miscell. Lips. T. II. Obs. LI.* p. 722. *Ioh. Maukisch, Not. Philologico-Theologicas Class. I. dist. V. §. XXVI.* p. 263. fqq. Addantur ex Lexicographis Leighius *Critic. S. ad voc. וְיָהִי, Heeserus l. c. p. 287. alii* (n) vt est apud Hottingerum, l. c. p. 257. (o) *Conf. denuo Varen. l. c.* (p) *V. Ioh. Abr. Kromayer de usu linguae Arabicae in addiscenda Ebraea Lib. II. c. V. p. 96.*

dicenda forent: nec inquirō, vtrum de homine tantum, quod Paul. Fagius, [q] Buxtorfius, [r] Ed. Leigh, [s] Gussetus [t] adstrinunt; an vero de ceteris etiam animalibus vñrpetur? quo pacto, cum per metonymiam effetti [u] quoque animam seu spiritum significet, a וְנַדְרָה & מִרְאָה differat? [x] Et quae sunt huius furfuris alia. Non sum vero nescius, & in superioribus quodammodo iam explicatum dedi, quam multi, ii nimirum omnes, qui de homine nudo Prophetam loqui asseuerant, per hanc phrasin nihil aliud insinuari velint, quam homines esse ad eo miseros, ut misero narium batitu videntur, vel hominum animam ac vitam perinde ut flatum quendam exspirare per nares, aut, quod eodem recidit, hominum vitam esse funum, cito peritum. At enim vero, cum de Christo sermo sit, haec sua sponte cadunt. Neque tamen illi rem acu tetigisse mihi videntur, qui licet de Christo exponant, hanc phrasin nihilosecius ad humanam eius naturam, & statum exinanitionis cum Oecolampadio [y] restrinxunt, aut de Spiritu S., quem Christus habuerit de se testantem, & Apostolis suis inspirauerit, ex Forerii mente, (z) interpretantur. Dicere, quod res est, eos demum crediderim, qui Christi in sui contemtores iram & virtutem vindicatricem locutione ista describi docent: licet Cel. Gust. Georg. Zeltner male vulgo hanc formulam ita accipi, quae Christum potius resuscitatum, & spiritum vitae iterum trahentem, atque hinc exaltatum sifstat, videatur. (\*) Noltra sane interpretatio iam tum confecta haberi posset, si omni careret exceptione Drusii (a) & Heeseri (b) nec non Gussetti (c) obseruatim, הַנֵּס, quod descendit a radice נֶס, spiravit naribus, proprie (proprietati enim verborum inhaerendum foret) esse iram, inde transferri ad nasum, qui est instrumentum irae & in qua ira praecipue, immo sola omnium perturbationum, appareat; (d) & hinc synecdochice transferri ad faciem. Sed cum plerique ita

C or-

(q) apud Leigh, Crit. S. ad b. v. (r) Lexie. Bibl. ad b. v. (s) l. c.  
 (t) Comm. L. E. ad v. בְּשָׁנָה A. p. 541. (u) Vt habet Piscator ap. Leigh. d. l.  
 (x) V. Buxtorf. Lex. Talm. p. 1403. (v) v. Calou. p. 19. b. (z) Crit. SS.  
 T. IV. p. 44. (\*) Diff. quae inscribitur: Humilitas glorioſa Iesu Christi Iudeiſ feru-  
 lis, s. VII. p. 10. (a) In Job. LX, 5. (b) אֲבֹן חֻעָר p. 81. (c) l. c.  
 ad u. הַנֵּס p. 81. (d) Veteres sedem irae nares putabant. Conf. lat.  
 Ouzelius, in Minuc. Felic. Octau. p. 26. & ex eo Heeserus l. c. Add. Corn. La-  
 pide Comm. ad b. l. Flacius, Clau. Script. S. P. I. voc. Flatus. Beccmannus, Manud.  
 ad Ling. Lat. p. 722. Cl. Heumannus in Biblioth. Brem. Cl. IV. fasc. l. p. 113.  
 sq.

ordinent huius vocis significata, vt proprie *nasum*, per metonymiam vero *iram* significet; alia via rem aggrediemur. Scilicet nunquam *נִשְׁמָה*, sive Dei sive hominis, in tota scriptura allegatur vt deprimens, vt signum imperfectionis, imbecillitatis, sed potius vt signum virtutis, potentiae & perfectionis. Conf. Dan. X. 17. Iob. XXVII. 3. Quare igitur hoc loco depressionis foret argumentum? Et licet detur, iam inde a prima inspiratione יְהוָה נִשְׁמָה in *omni homine*, nunquam tamen de ullo *homine naturaliter propagato* in totis scripturis dicitur, quod sit *אָדָם אשר נִשְׁמָה באָפו* (e) Quae caussa est, quamobrem huic phrasi illam Ps. II. 12. de *ira filii Dei* (f) respondere Interpretes contendant.

(g) XVII. Sed nouum desumimus argumentum (e) ex phra-  
si *בַּתְּהָ בְּמֹתָה נִחְשָׁבָה הָאָהָרָן*. Vulgatus, a quo non longe distat Hieronymus, has voces reddidit: *Quia excelsus reputatus est ipse*, legentes *בַּתְּהָ* pro *בְּמֹתָה*. At hanc versionem merito reiiciunt Chamierius, Andradium, Vul-  
gati caussam agentem, confutans, (g) & Vitrina, (h) Forerium in simili casu excipiens, & alii. Ut enim puncta diversa taceamus, *בַּתְּהָ* substantium est femininum, ideoque nunquam *excelsum adiectum*, sed *locum excelsum modo significat*. Quaeritur vero, quo sensu phrasis interpretanda sit? Buxtorfus [i] *מִתְּבָבָה*, cuius duas ultimas litteras, sive particulam *מִתְּ*, a מה aliquantulum cunctatum est deducit Auenarius [k] cum *חַשְׁבָּה*, verbo, quo greco *λογίζεσθαι* respondet, [l] constru-  
ctum denotat quanti? Quo sensu Osiander reddidit: *Quantum enim aesti-  
matus est?* Gussetius contra *חַשְׁבָּה* cum ז, ait, [m] non reperio ad designandum quale aliquid censeatur, vel quanti pretii aestimetur, nisi forte Esa. II. 22, idcirco nolim sic sumere, sed sumam ז ut notans motuum actionis (alibi fundamentum morale actionis, alias gratia factae, dixerat, [n]) quoniam fundamento haberetur ille in aliquo numero? Nos cum Varenio & Habichhorstio obseruamus, hanc locutionem non diminutiuam, sed superlatiuam esse: Nec adeo fistere interrogationem *negationi aequi-*  
pol-

(e) Conf. Varen. & Habichhorst. II. cc.

(f) Confin hanc phra-

sin D. Hennings Diff. Exeget P.I. p. 50. sqq. (g) Panfrat. Catb. P.I. L. XIV. c. XI. S. 47. p. 255. (h) ad b. I. (i) Tbel. Gramm. L. II. c. XIII. Reg. II. [k] Lexic. ad b. v. Conf. Noldius, Concord. part. Ebr. p. 586. sqq. [l] V. Leigh Critic. & ad b. v., & quem ibi allegat, Chemnitius, in loco de libero arbitrio. Syris est deliberavit. V. Hottinger Lexic. Harm. Heptagl. p. 143. [m] Comm. L. E. ad v. *בַּתְּהָ* E. p. 293. (n) I. c. ad ז O. p. 102.

pollentem , sed exclamationem cum admiratione . Conf. Zach. IX. 17. Prov. XXX. 4., vt sensus sit : Inaestimabilis est ille homo Iesus Christus , cui nemo in hoc mundo est comparandus . Conf. Ps. VIII. 5. Druſi certe mentem , qui sensu eminente hanc loquendi rationem caput , at tamen de homine nudo exponit , [o] parum abest , quin si bimet ipſi aduersam esse putauerim .

ſ. XVIII. Nolim IV.) illud in medium affere argumentum , quod Papenius contra sententiam aduersam , & suam , ipſe format , ac filia videri posset . [p] Cum Dorscheo potius addo V.) multitudinem non esse facile fingendam , vbi vox singularis occurrit : Itemque VI.) conclusionem capitis Eſaiani ſic validam eſſe & euidentem .

ſ. XIX. Verum enim vero vnum adhuc nobis reſtat argumentum , multorum merito argumentorum inſtar habendum , inconvenientia ſcicet aliarum , quas longa ſerie ſupra adduximus , interpretationum omnium . Breuis equidem , cum praeter ſpem iam excrueit diſſertatio , temporisque in anguſtiam me immiſſi ; in hiſ refutandis nunc eſſe cogor : At cauſae tamen meae non deerō , neruum inciſurus aduerſariorum rationibus , cetera , que moneri poſſent , publico reſeruaturus conſlictui .

ſ. XX. Igitur quo minus cum iis , quos generatim de homine quocunq; ac nudo vaticinium interpretari , ſ. IV. diximus , locum noſtrum reſpicere ad antecedentem v. 5. exiftimem , ſi vel maxime adhortationi ad ambulandum in luce respondere debortationem de fiducia humana , cuius tamen hypothefeoſ desidero euidentiam , largiar , nimium , quod hunc & illum verbum intercedit , me mouet interualum : Fac tamen rem ita habere , colligemus ſane , citra fallendi periculum : Qui eſt ille Iehovah , in cuius luce ambulare Iudei monentur v. 5. ille eſt idem יְהוָה , quam in totius capituli clauſula Iudei non irritare intentur . A. Meſſias . E. (q) Nec iſta cum v. 17. connexio ita euidentis eſt , vt noſtra non ſit euidentior . Eecur enim deprimenta erat altitudo hominum , niſi vt ſit יְהוָה בְּבֹיִם הַחֲזָקָה sublimis Iehovah ſolus die illo ? Quae verba in eodem verſu ſtatiū confequuntur . Consequētia vero ſi cohaerent oraculo noſtro , quare nexus ille de-

C 2

mum

(o) In Additament. noſt. ad Eſa. que leguntur ad calcem Tom. IV. Critic. SS. p. 837. (p) in Mifcell. Lipp. T. VII. p. 337. (q) Coimpara huic Varen. & Habichhorſt II. cc.

mum versu 2. nec ab initio capit is potius, a quo connexionem rite nos deduximus, incipit? *Similitudo* quoque sententiarum de meris hominibus aliarum nondum ad eandem, ac in iis valet, explicationem h. l. assumendam nos adigit, cum simile nunquam sit *idem*, nec reuera esse phrases similes ad oculum, arbitror, ex nostra, quam dedimus, interpretatione, palam fit. LXX. denique *interpretum autoritate* frustra aduersus nos militat *Vitrina*. Etiam si enim in iis, quae ad *Complutense* & *Venetum* exemplaria exaratae sunt, (r) editionibus, dictum nostrum integre, & prout hic subsequitur, deprehendatur: πάντας εἰνὶ αὐτὸς τῷ ἀνθρώπῳ, διατετραὶ μυκτῆρες αὐτῷ ὅπερι τοι εἶναι ἐλογίσθη; Facile tamen in eo conuenimus, esse haec, vt *Hieronymus*, *Cyrillus*, & *Basilius* testantur, (s) in graecis exemplaribus ab *Origine*, subastricis, de editione *Aquila* addita. At quem fugit, quam versio-  
nis LXX. viralis *autoritas* sit *exigua*; (t) quanta ex aduerso eius a tex-  
tu authenticō *discrepanzia*? (u) Et quam multa, quæsio, dicta, ex  
quibus forsitan non minus scandalum accipere potuissent gentiles, suis-  
tent eo pacto his interpretibus eliminanda?

§. XXI. Quos porro §. VI. de *Adamo* oraculum nostrum ex-  
ponere vidimus, hos ne refutatione quidem dignos habuero. Sa-  
tis me dixisse arbitror, si monstrosum hanc, *Varenio* iudice, exposicio-  
nem mere *Iudaicam*, h. e. fabulosam, vel, si mauis, *mysticam*, (tales enim  
in *Bereschith Rabba* plerumque ferme occurrere, testem habeo ve-  
ner. *Wosium*, (x)) appellauero. Neque, cum argumenta non ad-  
sint, eandem protulisse ipsis sufficerit. Praeterea ex hoc sensu vis  
concludendi nulla est: Recte annotante *Dorsceo*.

§. XXII. Propheta ipse cum iis, qui §. VII. in scenam  
producti sunt, vel his de caussis intelligi nequit, quod non de suo  
saltē tempore, sed futuris, maxime בָּאַחֲרֵי־תְּהִלָּה Iesaias loquatur.  
De-

- (r) Conf. de his cel. I. A. Fabricium, Germaniae Polyhistorem, Bibl. Græc. L. III. c. XII. §. VI. p. 325. sqq. Iac. le Long. Biblioth. Sacr. cap. III. Sez. V. p. 402. sqq. (s) Conf. Scholia, quae Lipsiensi LXX. inter-  
pretum editioni, ab I. F. (qui Ioh. Frickius est) cib. lo c XCVII. procuratae, ad-  
haerent, ad b. l. (t) Conf. Pfeifferus, Critic. S. c. XI. §. XIII. p. 323.  
& quos ibi magno numero allegat. (u) In cuius caussis, post alios, diligenter inquirit Frid. Schoritzerius *Animadvers. Isagog. circa Philologiam* L. II.  
*Animadu.* III. p. 233. sqq. (x) Bibl. Hebr. P. II. L. VIII. n. 652. p.

Deque ipsius contemtu in toto antecedente contextu nec vola apparet, nec vestigium.

§. XXIII. Sed nec secundum §. VIIK, illos, qui cum imperio vel potestate sunt, sive *Casar* sit, sive *Rex Assyrus*, sive *Aegyptius*, sive *alius*, intelligi poterunt, si antecedentia, in quibus altum de his talibus, silentium, lucem foenerari textui nostro, vt omnino fas est, permittimus. Nec putandum sane, Iudeos *potentiores* simul in imperatio *רַבָּי* non contineri, Accedit, quod versus noster, sit totius *capitis conclusio*, quae certe nullam haberet cum superioribus conuenientiam, nec aliquid superiori maiestate dignum, si sic explicetur. (y)

§. XXIV. Nouam denique de *Anti Christo* sententiam §. IX. cum suis auctoribus, allatam, vix admittet, quisquis nostrae sententiae rationes rite, vt par est, perpenderit. Tanta enim, vt haec tenus bene auctor epistole ad *Stierium*, (z) non est distantia summi coeli ab ima terra, quanta Christi ab Anti-Christo. Per *תְּאֵנָהֶם*, omnem superbum, in vs. 12. antecedente, quod palmarium *S. bersmae* argumentum erat, non posse vnum aliquod *individuum*, quale 2. *Theff.* II. 8., quem locum versu illi, nostroque parallelum putat, describitur, *solumque* adeo Anti-Christum, intelligi, res ipsa, ceteraque, quae in eodem commate cumulantur, epitheta suadere videntur. Nec ab aliquali, eademque mere *externa* Dauidicae phraseos convenientia licebat ad omnimodam indubitate concludere. *Stierio*, in antecedentibus Christi super *Anti-Christum* quoque iudicium praedici, salua nostra expositione, largimur: Dummodo non ad *bius solis* tempora illud restringat: Siquidem primario loquatur Propheta de iudicio Messiae in Iudeos, quos tamen Anti Christo nunquam adhaesisse, quin potius eum odisse & auersatos esse, ipse *Stierius* affirmat. (a) Et in eundem hunc, quem modo largiti sumus, sensu B. *Maii* sententiam eo sane confidentius interpretamur, quod in nostra oraculi nostri expositione exacte illum nobiscum consentire, vel ex solis *Bibliis Hebraicis Halenibus* (b) discere *Stierius* poterat. Quodsi ipse celeb. *Maius* a subiecto quoconque, cuius in antecedentibus facta est mentio, ad idem in nostro commate inuestigandum non valere consequentiam, suo nos exemplo docuit: quo fundamento *se eius vestigia hec premere* affirmabit? (c) Subruto autem isto

C 3

an-

(y) Varen. p. 48. (z) p. 19. (a) p. 10. (b) ad b.l. (c) p. 6.

antecedentium fundamento, ruunt itidem reliqua omnia, quae eidem superstruuntur. Quod verbi רְלֵגenuine notio sit egenum, miserum, & infirmum esse, Lexicorum & Concordiarum fidem nimium quantum lacdit: באַפּוֹ נִשְׁמָה mortalitatem denotare loco Pj. CXLVI., quippe in quo plane aliam phrasim legimus, minime euincitur: Nec aram idoli, propter rationes superiori §. disputatas, heic significare villo modo potest. Taceo sphalmata in hoc scripto alia, e. c. LXX. viralem & Aquilae versionem, quae vna tantum in hoc arguento eademque est, manifesto ab Auctore, ceu diuersam hic eam allegante, confundi: (d) Maimonidis More Neuochim (quem libri titulum olim Melch. Adami (e) ridicule in auctorem transformabat: (f)) de voce נִשְׁמָה prae aliis bene multis legendum citari, vbi (b) tamen nihil prorsus de ea potui inuenire.

§. XXV. Ad extremum nec in epistola, scripto Stieriano annexa, talia reperiuntur argumenta, quae nostris fortiora agnosceremus. Quod in antecedentibus nibil de Christo legi afferat, (h) satis per nostram antecedentium euolutionem refellitur. Mensem Ichovae non tantum respicere ecclesiam N. T. quoad initium, sed in primis etiam circa finem, cui annexus Anti-Christi interitus sit, quod porro supponitur, (i) caussae nostrae haud quicquam detrahit, si simpliciter etiam concedamus. Sufficit enim, quod vel hoc pacto tacite concedat, in antecedentibus de Christo esse sermonem, id quod modo vocauerat in dubium. Demus vero, quod amplius urgetur, (k) quinque in hoc capite occurrere רְאַמְּנָה cum emphatico, nec tamen hoc nomine Christi in sinuari. Numne propterea nullis aliis insinuaturn nominibus? Contrarium supra dedimus cuiuscum: Ex quibus itidem, quae denique de vocabulo רְלֵג, quod cessare a malo, denotet, afferuntur, (l) nostram sententiam, non simplici quippe רְלֵג, sed רְלֵג quod cum idiotismo pronominali & particula יְהִי constiuitur, stabilitam, infringere non posse, erit perspicuum. Atque ita meo qualicunque in probanda

& vindicanda genuina commatis Elsaiani interpretatione

defunctus officio, laudem dico & gloriam

semipernam ei qui est

הָדוּם אֲשֶׁר נִשְׁמָה בָּאַפּוֹ

(d) p. 15. (e) in vitt. Philos. p. 52a. (f) Notante M. Rud. Mart. Meelubrer, in Prodromo Germaniae orientalis Altd. c15 15c XCVIII, propos., p. 5. (g) p. 13. (h) p. 20. (i) p. 21. (k) ib. (l) p. 22,

Fd 5611

ULB Halle  
002 715 18X

3



PA 30C

VD 17

NC





הארם אשר בשמה נאש  
S I V E  
D E  
**H O M I N E**  
**I N C V I S N A S O E S T S P I R I T V S**  
A D E S A. II. 22  
INTERPRETVM MAXIME RECENTIORVM  
SENTENTIAS CVM VERA COLLATAS  
INTER IPSA SOLEMNIA ONOMASTICA  
*MAGNO MAGNAE BRITANNIAE REGI*  
**G E O R G I O I**  
DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO  
IN ATHENAEO REGIO BREMENSI SACRA  
P R A E S I D E  
**M. MEINHARDO PLESKEN**  
REGII HVIVS ATHENAEI SCHOLAEQVE CA  
THEDRALIS SVB RECTORE  
PVBILACE DISQVISITIONI SVEMITTIT  
AVCTOR  
**IOHANNES KOBBE**  
OFFENVVARDIA OSTERSTADENSIS  
D. XXIV. APRILIS c1. 15 CC XXII  
FINITIS IN AEDE CATHEDRALI SACRIS  
IN AUDITORIO MAIORI  
B R E M A E  
EX OFFICINA HERMANNI BRAVERI  
REIPVBL. TYPOGRAPHI.